

Aqua Basilii Valentini.

℞. Cerberichymici lib. i. huic admisce lib. 2 a-
luminis probè calcinati, inde retortæ & lento i. i-
gne evoca spiritum prorsus infernalem.

In hac aqua solve aquilæ Hermeticæ probè
purificatæ lib. i. & habebis aquam Basilii. Hac ra-
tione ubi distillaveris, ab omni periculo tutus e-
ris.

Alia.

℞. Spiritus nitri unam partem, & spiritus salis
communis unam partem, confunde in hac aqua
solve aurum, & idem præstabit quod aqua prior.

Salæ Aqua Regis seu aqua Chrysulca.

℞. Aquæfortis ex duabus partibus vitrioli &
i. parte nitri distillatæ. Exempli gratia lib. i. in
qua dissolve vncias. ij salis armoniaci puri. In
hac aqua dissolve Leonem rubeum.

Ubi dissolveris, cum lixivio tartari præcipita.
Tum cum aqua calida multoties ad dulcedinem
elue.

Limum auri exicca in loco, nec soli, nec igni
patulo, sed tantùm vento pervio. Præterea, quan-
do ad siccitatem perduxeris, cum floribus sulphu-
ris misce. ☉ sint partes 2. florum pars 1. & com-
bure vel reverbera. Hoc fit ad sclopetandi vim au-
ro soluto adimendam.

Insuper auro sic præparato affunde spiritum, &
sale sanguinis cervini, aut spiritum è sale sangui-
nis microcosmi paratum, extilla, affunde denuò,
& quidè toties, donec secundum mentem Salæ ☉
fit præparatum, & solutioni aptum. De-